



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XLIX. de dispensationibus super defectu natalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

tempore: quousque ad arbitrium Commissarij congruam egerint pariter-
tiam. c. ex litt. de eaq. cog. conf. ux. & postea dispensetur cum illis, & facta
dispensatione, omnes pœnæ legales cessabunt; ut videtur innuere glossa in cap.
cum de puell. 36. quest. 2.

*Argumenta in Regul. XLVIII. INNOCENTII VIII.
qua est XLIX. PAULI V.*

1. Legitimus per Papam non censetur legitimatus in præjudicium venientium ab intestato.
2. Legitimus per Imperatorem non censetur dispensatus quoad ordines nec quoad beneficium.
3. Contrariorum eadem est disciplina.
4. Rescripto Papæ vel privilegio non derogatur juri tertij.
5. Hæc Reg. non est danda.
6. Filius præbyteri hic legitimari per Papam non potest, ut succedat in bonis præbyteri: secus si dispensetur ex certa scientia, ut num. 7.
8. Hæc Reg. loquens de venientibus ab intestato intelligitur non solum de filijs, sed etiam de alijs remotioribus.
9. Pii V. Constitutio vetans filiis spu-
riis, eorumque filiis & consanguineis aliquid relinquere.
10. An Legitimus excludat à successione parentum, filias, quæ à statuto privantur successione parentum extantibus masculis, & quid in feudis.
11. Hodie Papa dispensat ad obtinenda quæcumque beneficia exceptis dignitatibus, & præbendis in cathedralibus, ac principali in collegiata.
12. Episcopus potest dispensare cum illegitimis ex quocumq; coitus adminores ordines & beneficia sine curam.
13. Pius V. annullavit legitimaciones de naturalibus spuris factas in præjudicium venientium ab intestato.
14. Dispensatio est ostendenda ordinariis inquirentibus.

Regula XLVIII. INNOCENTII VIII.

qua est XLIX. PAULI V.

DE DISPEN. SUPER DEFECTU NATALIVM.

Item voluit, quod in dispensationibus super defectu natalium, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula, quod non præjudicetur illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

GLOSSE

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista regula dicit quod si dispensetur cum aliquo, ut possit succedere in bonis temporariis, quod debet poni clausula quod non præjudicetur illis qui ab intestato succedere deberent. h. de ista regula. Et posset poni exemplum in terris Ecclesie; quia alias in terris Imperij sunt aliqui Doctores qui velint tenere, quod Papa posset legitimare, quoad temporalia, & quoad successiones; sed an hoc verum, vide Doctores in c. per Venerab. qui fil. sint legit. tamen sicut legitimatus per Imperatorem non censetur legitimatus quoad ordines, neq. quoad beneficium ut ait glo. in c. Imperatores. xi. dist. & in c. i. lix. dist. & in c. pervenit c. dist. & hoc communiter tenetur, etiam per Bald in pœm. Cod. ergo idem potest dici a contrario, cum contrariorum eadem sit disciplina nullit. de his qui sunt sui vel alien. jur. in pœ.

Et ista clausula fundatur in c. naturales & ibi not. Si de feu. fuerit controver. & per dicta Doctores in d. capitul. & in cap. tanta ff. qui fil. sint legit. & credo per dicta iura, aliaque vulgaria dicentia quod per rescriptum vel privilegium non derogatur iuri ter. y. quod etiam si non ponatur ista clausula, tamen intelligitur: sed quia agitur hic ut iustificet se Ecclesia cum clausula subintelligitis, & quia hic concernitur præiudicium ter. y. credo quod etiam esset danda etiam in terris Ecclesie. Camera tamen credo, posset expedire sine ista clausula; ex quo subintelligitur, ut dixi.

Ceterum, quid operatur ista clausula, & an Papa possit legitimare in terris Regum vel Imperatorum quoad temporalia, non est meum hoc dicere, sed remitto ad ea quæ dixi in d. c. post Doct. legendo hic roma. & credo quod non sit danda; cum concernat expeditionem litterarum, & non habet decretum irritans.

Vnum tamen non omit tam circa legitimationem, quod etiam in terris Ecclesie Papa non potest ex ordinaria potestate legitimare filium presbyteri: quia sit præiudicium Ecclesie cui bona sunt clerici obligata pro mala administratione Ecclesie quam gessit sicut dicit Dominicus de Imperatore in terris imperij in hoc casu, in cap. quo iure, juxta fin. vult. dist. si tamen ipse faceret ex certa scientia, valerit: quia nullus potest dicere sibi, curia facis? ut dicit glossa in c. quanto, de translat. prælato.

COMMENTARIA IO. à CHOKIER.

Illi qui ab intestato) Hæc Regula disponit legitimationem per Papam fieri debere absque præiudicio venientium ab intestato. Ideo statuitur hic ut in huiusmodi dispensatione apponatur clausula hic posita, & hodie adjici solet adhuc alia clausula; citra bona emphyteutica & feudalia ecclesiastica. unde in confirmatione legitimationis factæ per Comitem Palatinum videlicet princi-

Kkk 3;

pem

pem Massa & Campegium cum nova legitimatione fuit adjecta hæc restrictio: Et sine præiudicio venientium ab intestato, aut ex fidei commissis, investitura aut alia quacunque dispositione vocatorum, & citra bona emphyteutice feudalia ecclesiastica, ac ex fructibus aliisque rebus ecclesiasticis quoquo modo acquisita; & citra approbationem dictarum legitimationum à supradictis de F. obtentorum, sed an hæc Regula loquatur de præiudicio filiorum duntaxat, an etiam proximorum seu Agnatorum? dispositionem hujus Regule intelligendam duntaxat esse de filiis, non etiam de remotioribus, responderunt Angel. *conf.* 264. Anchor. *conf.* 153. Alex. *conf.* 187. & 188. *lib.* 5. & alii quos ex Fr. Sarmente *lib.* 1. *Select.* interpret. c. 8. num. 7. refert Fachineus *lib.* 3. *contra.* 107. cap. 62. & ratio est, quia nisi hæc interpretatio valeret, nihil ipsa legitimitas proderet quoad successionem: nam semper aliqui extarent proximiores, & his deficiantibus Fiscus ipse succederet. Verum, eo non obstante à dicta sententia aperte recedit idem Fachineus, hac præsertim ratione motus, quod Regule verba generalia sint, & omnes comprehendant. Nec urgere, aut movere quod dictum est, legitimationem nullum commodum legitimitati allaturam, quoniam hoc emolumentum accipiet, quod erit successionis, & aliorum bonorum capax ex testamento, & insuper nullis proximioribus extantibus, non Fiscus, sed ipse ad successionem vocabitur, neque enim credendum est eam reservatimne principis habitam fuisse Fisci rationem *arg. l. l. C. de secund. Nuptijs.* Atque hæc intellige de dispensatione filiorum illegitimorum, non de spuriorum, quibus eorumque filiis, vel consanguineis, quavis dispensatione non obstante aliquid vel ex bonis Ecclesie quaesitum, vel ex bonis patrimonialibus, quovis titulo relinqui non potest ex constitutione Pij V. *de data vi. Kal. Feb. 1570.* An autem legitimatus excludat à successione parentum filias, ubi statuto cautum est, ut existentibus, filiis masculis legitimis, & naturalibus scemina excludatur? Vide eundem Fachineum *lib.* 6. *contro. iuris cap.* 1. ubi multam Doctorum classis utramque partem adstruentium profert, sed tandem pro negativa resolvit, quibus porro argumentis videto. Denique circa dispensationem illegitimorum videnda sunt, quæ tradit Felij *in c. 2. num. 6. de Rescript.* Rebuff. & Mand. *tit. de dispen. super defectu nat. al.* Menoch. *de arb. iud. cas.* 201. Nicol. Garcia *de ben. part.* 1. c. 5. num. 145. & c. 6. num. 58. Farinacius *de cis.* 74. & 98. part. 2. in Novissimis Imbert. *in Enchirid. iuris verbo legitimatus* Rebuff. *ad consuet. reg. tract. de lit. natural. glo.* 1. ubi scribunt legitimos in feudis, quæ moribus instar reliquorum bonorum jure hæreditario devolvuntur succedere, sic tamen ut diligenter servanda sit conditio restrictiva legitimationum quæ in Belgio & Gallia à Principe imperantur inferri solita. Si legitimationi consenserint proximi, id est illi qui successerunt sunt ab intestato Chassaneus *ad Consuet. Burgund. tit.* 8. §. 5. Imbertus *l. loco.* Hodie solet Papa dispensare cum illegitimis ad obtinenda quæcumque beneficia ce-

PRIVILEGIUM
REGULARIUM
ET
COMMENTARIIUM
IN REGULA
CANCELLARII
APOSTOLICI
ET
PAPAE
C III
8

ceptis dignitatibus & praebeendis in Cathedralibus, ac principali in collegiata, idem Garcia p. 7. c. 2. num. 71. qui subiicit in beneficii impetratione non esse faciendam mentionem dispensationis jam factae per not. Rebuffid. tit. num. 63. 12. Et ita fuit resolutum in una Burgen. Abbacie 1. Junij 1584. coram D. Blanchetto. Caeteram adverte, quod Episcopus dispensare potest cum illegitimus ex quoocumque coitu, etiam damnato ad minores, & beneficium sine cura glo. & DD. c. 1. de filijs Presb. Non tamen super pluralitate beneficiorum, neque ad majores ordines, & beneficia curata neque ad dignitates, vel personatus etiam sine cura, neque denique in Canonicatibus Ecclesiarum Cathedralium, sed requiritur in his dispensatio Papae, ut sigillatim docet D. Garcia d. c. 2. num. 47. & seqq. 13. Hujusmodique dispensatio est ostendenda ordinariis inquirentibus Per. Gregorij tract. de benef. c. 25. num. 12. 13.

Filius Presbyteri) Vide Covar. tit. de sponsat. & matrim. cap. 8. Caeterum pius V. revocavit, seu annullavit legitimaciones de naturalibus spuris factas in praedictum venientium ab intestate, & vocatorum ex testamento, dummodo non sint fortitae effectum, deincepsque revocat, facultatem legitimandi in praedictum vocatorum ex testamento, & disponendi de bonis tam Ecclesiasticis, quam patrimonialibus, non tamen hospitalibus expositorum, & orphanorum, ut latius in ejus constit. edita 5. die Martij 1572. anno Pontificatus 7. videre est.

*Argumenta in Reg. XLIX. INNOCENTII VIII.
qua est L. PAULI V.*

- | | |
|--|---|
| 1. Dispensatio super defectu natalium, vel aetatis nulla est, nisi gratia specialiter sit facta super dispensatione. | 6. Sufficit tamen quod quadantenus operentur. |
| 2. Talis praesumitur responsio qualis fuit petitio. | 7. Gratia super defectu aetatis fit in duobus annis. |
| 3. Princeps unico verbo non intendit evincere jura multis vigiliis elucubrata. | 8. Papa conferendo minori beneficium facta mentione dispensationis, non censetur dispensatus. |
| 4. Haec Regula concernit expeditionem litterarum, idcirco non est danda. | 9. Gratia non faciens mentionem dispensationis, quoad illum habetur pro nulla. |
| 5. In quacumque dispensatione etiam restringibili verba debent aliquid operari. | 10. Stylus Curiae semper attendendus est |
| | 11. Restrictiva quam solet dare Papa in dispensatione aetatis ad Cathedrali. |
| | 12. In |